



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De coloribus & primu[m] de ochrea. Cap. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

**A**rmor non eodem genere omnibus regio-  
nibus procreatur, sed quibus dā locis gle-  
bæ (ut salis) micas perlucidas habentes,  
nascentur, quæ cōtusæ & molitæ præstant tectoriis &  
coronariis operibus utilitatem. Quibus autem locis  
hæ copiæ non sunt cemēta marmorea, siue assulæ di-  
cuntur, quæ marmorarii ex operibus deiiciunt, pilis  
ferreis contunduntur, cribrisq; excernuntur. Eæ autē  
excretæ tribus generibus seponuntur, & quæ pars  
grandior fuerit, quemadmodum suprascriptum est,  
arenato primum cum calce inducitur, deinde sequens  
ac tertio, quæ subtilior fuerit. Quibus inductis &  
diligenti tectoriæ orum fricatione levigatis, de colori-  
ribus ratio habeatur. uti in his perlucentes exprimant  
splendores, quorum hæc erit differentia &  
apparatio.

De coloribus & primum de ochra. Cap. VII.

**O**lores alii sunt qui per se certis locis p-  
rocreantur, & inde fodiuntur, nonnulli ex  
aliis rebus tractationibus, aut mixtionib-  
us, seu temperatris compositi perficiuntur, uti præ-  
stent eandem in operibus utilitatem. Primum autē  
exponemus quæ per se nascentia fodiuntur, uti quod  
græci ωχρæ dicuntur. Hæc uero multis locis (ut etiā  
in Italia) inueniuntur, sed quæ fuerat optima, Attica,  
ideo nunc non habetur, quod Athenis argenti fodine-  
cum habuerunt familias, nunc specus sub terra fodie-  
bantur ad argentum inueniendum. Cum ibi uena for-  
te inueniretur nihilominus, uti argentum perseque-  
bantur, Itaq; antiqui egregia copia filis ad politio-

Q iii

## LIBER

nem operum sunt usi, Item rubrica & piose multis locis eximuntur, sed optime paucis, uti ponto sinope, & Aegypto, in Hispania balearibus, non minus et lenco, cuius insulae uectigalia Atheniensibus, Senatus populusq; Romanus concessit fruenda, Paretonium uero ex ipsis locis, unde foditur habet nomen, Eadē ratione melinum, quod eius uis metalli insulae Cycladi melo dicitur esse, Creta uiridis, item pluribus locis nascitur, sed optima Zmyrnæ, Hanc autem græci Θεοδότιον vocat, quod Teodotus nomine fuerat, cuius in fundo id genus cretæ primum est inuentum, Au ripigmentum quod αρσενικὸν græce dicitur foditur ponto, Sandaraca item pluribus locis, sed optima ponto, proxime flumē hypanim habet metallum, Aliis locis ut inter magnesiæ & Ephesi fines sunt loca unde effoditur parata, quā nec molere, nec cernere opus est, sed sic est subtilis, quemadmodum si qua est manu contusa & subcreta.

### De minii rationibus. Cap. VIII.

**N**grediar nūc minii rationes explicare, Id autem agris ephesiorum ciuiianis primum memoratur esse inuentum, cuius res & ratio satis magnas habet admirationes, Foditur enim gleba, quæ antrax dicitur anteq; tractationibus ad minium ferueniat, uena uti ferreo magis subrufo colore, habens circa se rubrum puluerē, Cia id foditur, ex plagiis fermentorum crebras emitit lacrimas argenti uiui, quæ à fossoribus statim colliguntur, Hæ glebae cum collectæ sunt in officinam propter humoris plenitatem coniiciuntur in fornacem, ub